



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

Index Capitvm Et Dvbitationvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

# INDEX CAPITVM ET DVBITATIONVM.

LIBER PRIMVS.

DE PRVIDENTIA.

CAPVT PRIMVM.

De Prudentia in se spectata.

DVBITATIO PRIMA:

-  1. *Vid sit prudentia.* pag. 1.
- 2. *Quomodo prudentia ab aliis virtutibus distinguitur.* 3
- 3. *Quenam sint functiones prudentiae.* 4
- 4. *Vtrum prudentia pendeat à virtutibus moralibus, & quomodo.* 6

CAPVT II.

De partibus Prudentiae, & vitiis oppositis.

- 5. *Quae sint partes subiecta prudentiae, id est, in quas species diuidatur.* 7
- 6. *Quenam sint partes integrantes prudentie.* 8
- 7. *Quae sint partes potentiales prudentiae.* 8
- 8. *Quot & quibus modis peccetur contra prudentiam.* 9

LIBER II.

DE IVSTITIA ET IVRE.

CAPVT PRIMVM.

De Iustitia generatim.

- 9. *Quid sit iustitia.* 14
- 10. *Vtrum iustitia tantum versetur circa actiones, an etiam circa passiones.* 15
- 11. *Vtrum præter Iustitiam particularem sit aliqua Iustitia generalis, qua legalis dicitur, & quid illa sit.* 16
- 12. *Vtrum Iustitia particularis recte diuidatur in Distributinam & Commutatinam.* 18

CAPVT III.

De ipso Iure in genere.

- 13. *Quid sit Ius, & quodnam sit Iustitia obiectum.* 19
- 14. *Quomodo Ius secundum varias acceptiones diuidatur.* 20

CAPVT III.

Despeciebus Iuris realis; vt sunt Dominium, Vsusfructus, Vsus, Possessio, & alia quædam.

- 15. *Quid sit dominium in genere, & quenam eius species.* 21
- 16. *Quid sit dominium perfectum, seu plenum.* 21
- 17. *Quenam requirantur ad dominij acquisitionem.* 22
- 18. *Quidnam sit vsusfructus.* 23
- 19. *Quomodo vsusfructus amittatur.* 24
- 20. *Quid sit vsus.* 24
- 21. *Quid sit seruitus apud Iurisperitos.* 25
- 22. *Vtrum distinguatur vsus à dominio, in rebus que ipso vsu consumuntur.* 25
- 23. *Quid sit possessio.* 26
- 24. *Quomodo diuidatur possessio.* 27
- 25. *Quibus modis acquiratur possessio.* 27
- 26. *Quomodo amittatur possessio tum mobilium tum immobilium.* 28
- 27. *Quid priuilegi conferat possessio.* 28

CAPVT IV.

Quibus & in quæ Dominium cōpetat.

- 28. *Vtrum soli naturæ rationali dominium competat.* 29
- 29. *Vtrum parvuli ante usum rationis habeant verum dominium.* 30
- 30. *Vtrum filij familiæ sub patria potestate constituti habeant dominium, & quarum rerum.* 30
- 31. *Vtrum servi habeant dominium aliquarum rerum.* 31
- 32. *Vtrum Religiosi habeant aliquarum rerum dominium.* 32
- 33. *Vtrum Clerici non Religiosi habeant aliquorum bonorum dominium, & quorum.* 34
- 34. *Vtrum Clerici habeant dominium bonorum immobilium Ecclesie & supellestilis sacre.* 39
- 35. *Vtrum omnia homine inferiora cadant sub eius dominium.* 39
- 36. *Vtrum homo cadat sub dominium alterius hominis.* 40
- 37. *Vtrum homo sit dominus vita sua & membrorum.* 40
- 38. *Vtrum homo sit dominus suæ famæ, & honoris.* 40

# INDEX CAPITVM

## C A P V T V.

De modo acquirendi dominij in res,  
quæ vel nullius, vel communes  
sunt: vbi de mancipijs, venatione,  
piscatione, aucupio, thesauris.

- DVB. I. Quomodo facta sit prima rerum diuisio seu distinctio dominiorum. 41  
 2 Vtrum hec diuisio dominiorum licita fuerit, & commoda humano generi. 41  
 3 Quo iure facta sit hec diuisio. 42  
 4 Quibus modis acquiratur dominium in homines seu mancipia. 43  
 5 Vtrum servi ita transeant in dominorum potestatem, ut non possint fugere. 44  
 6 Que animalia liceat occupentur venatione, piscatione, aucupio. 45  
 7 Vtrum Principes possint iuste prohibere venationem, piscationem, & aucupium in locis publici Iuris. 46  
 8 Vtrum quis possit venari in prædio vel saltu alieno. 47  
 9 Quomodo peccet & an teneatur ad restituitionem is, qui contra iustum prohibitionem venatur, aucupatur, piscatur. 48  
 10 Vtrum fera a me vulnerata, & postea ab alio capta, sit mea, an capientis. 50  
 11 Vtrum fera meo laqueo capta, sit mea, an eius qui forte superueniens laqueo exemit & abstulit. 50  
 12 Vtrum venæ metallicæ auri & argenti, censeri debeant in nullius dominio, sicut se ferat, & siant primò occupantis. 50  
 13 Vtrum iuste prohiberi possit pastio, & lignatio in pasto, vel silua Reipublicæ. 51  
 14 Quale peccatum sit, contra iustum prohibitionem pascere, vel ligna cedere. 51  
 15 Quomodo acquiratur dominium in thesauris. 51  
 16 Cui cedat, si in loco publico vel sacro inueniatur. 52  
 17 Quid si per magiam repertus sit. 53  
 18 Quenam dicantur haberi pro derelicto, ita ut dominium eorum concedatur primò occupanti. 53

## C A P V T V I.

De modo acquirendi dominij in rem alterius absque eius consensu, quod fit præscriptione.

- DVB. I. Quid sit præscriptio & usucatio. 54  
 2 Que conditiones requirantur ad præscriptionem seu usucacionem. 55  
 3 Vtrum dubitans an res sit sua, censeatur bona fide eam possidere. 56  
 4 Si quis dubitans an res sit sua, simul du-

bitet an liceat eam retinere, & tamen retineat, utrum bona fide continuet possessionem, an mala. 56

- 5 Vtrum si quis ex ignorantia Iuris rem usurpet ut suam, suamque esse existimet, habeat bonam fidem sufficientem ad prescribendum. 57

6 Vtrum aliquando cum mala fide procedat prescriptio. 59

- 7 Quantum temporis requiratur ad usucationem rerum mobilium. 60

8 Quantum temporis requiratur ad immobilem præscriptionem, siue contra priuatum, siue contra Ecclesiam, vel piam causam. 62

- 9 Quanto tempore prescribantur servitutes, & quanto amittantur. 63

10 Quanto tempore prescribatur Ius Patronatus, (i.e. Ius presentandi ad beneficium) & beneficium ipsum. 64

- 11 Quanto tempore prescribantur debita, actiones, hypothecæ, legata, fideicomissa, & maioratus. 64

12 Quanto tempore possit prescribi aduersus Principem. 66

- 13 Quanto tempore prescribat, qui rem accepta posse fidei, vel eo qui mala fide tradidit. 67

14 Quantum temporis requiratur ut consuetudo prescribat contra legem. 69

- 15 Quæ res non possint prescribi. 71

16 Quando præscriptio dicatur non procedere, dormire, interrumpi. 72

- 17 Vtrum qui legitimè prescripsit rem aliquam, si termino præscriptionis elapsio constet fuisse alienam, teneatur eam restituere. 72

18 Quibusnam aduersus præscriptionem restitutio in integrum concedatur. 73

## C A P V T V I I.

De Inuria & Restitutione in genere.

- DVB. I. Quid sit iniustitia & iniuria. 74

2 Vtrum aliquis dicatur iniustus, eo ipso quod faciat aliquid iniustum. 75

- 3 Vtrum aliquis possit pati iniustū volens. 75

4 Quid sit restitutio, & cuius virtutis actus. 77

- 5 Ex quibus capitibus generatim nascatur obligatio restitutio.

77

6 Vtrum nascatur obligatio restitutio ex damno dato absque culpa, vel per culpam leuem, extra officium & contractum. 77

- 7 Vtrum nascatur obligatio restituendi ex damno, culpa leui vel leuisima in officio vel consilio dando commissa. 79

8 Vtrum nascatur obligatio restitutio damni ex culpa leui, vel leuisima, quando intercessit contractus commodati, conducti, depositi, pignoris, vel alterius similis. 80

9 Vtrum

## E T D U B I T A T I O N V M.

- 9 *Vtrum oriasur obligatio restitutiois ex danno dato cum ignorantia comitante.* 82  
 10 *Vtrum restitutio sit necessaria ad salutem.* 82
- C A P V T   V I I I .**
- De iniuriis & damnis in rebus spiritualibus, & necessaria restitutione.
- DVB. I. *Vtrum is, qui priuat aliquem per iniuriam aliquo sensu, vel usurrationis, philtro, veneno, vel alio modo, teneatur ad restitutioinem.* 83  
 2 *Vtrum is, qui alterum grauiter lesit in bonis anima, per trahendo ad peccatum, teneatur ad aliquam restitutioinem.* 83  
 3 *Vtrum is qui auerit aliquem à Religione, quam volebat ingredi, vel ingressum extraxit, teneatur ad aliquam restitutioinem.* 84

## C A P V T   I X .

De iniuriis in corpus proximi per homicidium vel mutilationem, & de necessaria restitutione.

- DVB. I. *Vtrum liceat occidere aliud vires.* 86  
 2 *Vtrum liceat occidere peccatores.* 87  
 3 *Vtrum priuata auctoritate liceat interficere maleficos.* 87  
 4 *Vtrum homini priuato liceat interficere tyrannum.* 87  
 5 *Vtrum licitum sit occidere filiam in adulterio deprehensam, vel ipsum adulterum.* 88  
 6 *Vtrum liceat seipsum interficere.* 89  
 7 *Vtrum aliquo euentu liceat interficere innocentem.* 92  
 8 *Vtrum liceat alterum occidere in vita sua defensionem.* 93  
 9 *Si is qui inuiditur non posset se tueri, nisi cum periculo innocentis, quo inuasor se protegit, virum ei liceat se cum illo periculo defendere.* 95  
 10 *Vtrum ad conservationem vita matris, licet prabere pharmacum, quo proles putetur moritura.* 95  
 11 *Vtrum liceat occidere furem, in defensionem suarum facultatum.* 97  
 12 *Vtrum pro defensione pudicitie & honoris, liceat occidere eum, qui tentat violare.* 98  
 13 *Vtrum pro defensione alterius, liceat occidere inuasorem, & an ad hoc teneamus.* 100  
 14 *Vtrum aliquando licitum sit se mutilare, & quibus euentis.* 101  
 15 *Quando homicidium casuale sit peccatum, & quando non.* 103  
 16 *Vtrum mors, vel aliud damnum alicui tertio ex tuo maleficio obueniens, tibi imputetur.* 104  
 17 *Vtrum homicidiam, vel aliud damnum*

*irrogatum per macipum tuum, vel animal, tibi imputetur, & quid si per filium.* 105

18 *Vtrum homicidia & damna, qua inferuntur per trahentes Turcarum, imputentur remigibus Christianis ibi capitis, ita ut percident contra iustitiam, vel saltet contra charitatem.* 106

19 *Quantum teneatur homicida vel mutilator restituere.* 106

20 *Quomodo estimatio lucri futuri facienda est, cum ignoretur quamdiu fuisset victimus.* 107

21 *Quantum teneatur restituere, qui modum iustae defensionis excepsit.* 108

22 *Vtrum quando homicida sustinuit pannalitionis, debeat fieri dannorum compensatio.* 108

23 *Vtrum sit aliquid restituendum pro vita, membro vel cicatrice.* 109

24 *Vtrum aliquid restituendum pro expensis funerali.* 110

25 *Vtrum anima occisi aliqua restituendum ex iustitia.* 110

26 *Vtrum tantummodo uxori & liberis, an etiam aliis restituere teneatur, ut creditoribus, & iis quos occisus alebat.* 110

## C A P V T   X .

De iniuriis in corpus proximi per stuprum & adulterium, deque congra restitutione.

- DVB. I. *Vtrum stuprum, si fiat consentiente puella, contineat specialem deformitatem, vel iniuriam supra simplicem fornicationem.* 112  
 2 *Ad quid teneatur corruptor virginis, si non promisit ei coniugium.* 113  
 3 *Ad quid teneatur corruptor, si eam decepit promissione coniugii.* 114  
 4 *Vtrum is, qui ante voluerat ingredi Religionem, si postea puellam sub promissione vera vel ficta deceperit, possit ingredi.* 115  
 5 *Vtrum adulterio teneatur aliquid restituere marito adultero pro iniuria, si partus non sit secutus.* 116  
 6 *Vtrum si secutus sit partus, teneatur adulterio ad restauranda damna, qua consequantur, marito vel heredibus legitimis ex sustentatione eius & hereditatis partitione.* 116  
 7 *Ad quid teneatur adultera, si partus secundus sit.* 117

## C A P V T   XI .

De iniuriis famæ & honoris, per detractionem & contumeliam, deque necessaria restitutione.

- DVB. I. *Quid sit fama & honor, & quomodo distinguantur.* 119

2 *Quid*

# INDEX CAPITVM

- 2 Quid sit detractio. 120  
 3 Quale peccatum sit detractio. 120  
 4 Vtrum auditor detractoris peccet mortali-  
ter. 121  
 5 Vtrum audita, vel alia qualibet referens  
absque asseveratione & dubitanter, peccet  
mortaliiter, & teneatur restituere. 121  
 6 Vtrum sit peccatum mortale, infamare se-  
ipsum. 122  
 7 Vtrum possit quis sibi falsò crimen impone-  
re, ad vitanda tormenta; presertim si ob id  
esset extremo suppicio afficiendus. 122  
 8 Vtrum ad vitanda grauia tormenta possis  
alterius peccatum occultum, vel aliud secre-  
tum pandere, presertim si ipsi inde mors  
immineat. 124  
 9 Vtrum possim manifestare alterius crimen  
occultum, ad impediendum damnum proxi-  
mo impendens. 125  
 10 Vtrum liceat infamare eum, qui factis vir-  
tutibus sibi famam paravit. 125  
 11 Vtrum revelare crimen proximi vni vel  
duobus, quibus dicere perinde sit ac si nulli  
diceretur, sit peccatum mortiferum. 126  
 12 Vtrum iniuriam sibi ab aliquo factam re-  
ferens amico, peccet. 127  
 13 Vtrum crimen proximi, quod publicum est  
in aliqua ciuitate, liceat alibi patefacere, ubi  
ignoratur. 127  
 14 Vtrum eum, qui uno aut altero crimine in-  
famis est, liceat de aliis infamare. 128  
 15 Vtrum fama cum periculo vita sit resti-  
tuenda. 128  
 16 Vtrum si fama restitui nequeat, debeat pe-  
cunia compensari. 129  
 17 Vtrum si fama alia via sit reconciliata, te-  
neatur infamator eam restituere, v.g. si vi-  
rorum grauium testimonio, vel probitate  
vita penitus abstulerit infamiam. 130  
 18 Vtrum si infamia iam penitus abierit in  
oblivionem, sit restituenda. v.g. infamauit  
adolescens puellam, se illi pudicitiam eri-  
puisse, deinde temporis successu homines pe-  
nitus obliuiscuntur. 130  
 19 Vtrum totum damnum, quod sequitur ex  
infamia, sit compensandum. 130  
 20 Quomodo fama sit restituenda. 131  
 21 Vtrum heredes infamoris teneantur ad  
fame restitucionem, si ipse eam non resti-  
tuit. 132  
 22 Vtrum si res furtiva pereat, fur teneatur  
ad restitucionem. 132  
 23 Vtrum Prelatus non impediens infamato-  
rem, teneatur ad restitucionem. 133  
 24 Vtrum restitutio famae possit condonari,  
presertim a Prelato. 134
- 25 Vtrum in restituzione famae fieri posse  
compensatio. 134  
 26 Quanam excusat famae restitucionem. 135  
 27 Vtrum honor sit restituendus, & quo-  
modo. 136

## CAPVT XI.

De iniuriis fortunarum, per furtum,  
rapinam, damnum illatum: &  
de necessaria restituzione ob hanc  
causam.

- DV B. I. Quid sit furtum. 137  
 2 Vtrum furtū & rapina different specie. 137  
 3 Vtrum fur & raptor continuè peccent donec  
restituant. 138  
 4 Quibus modis istud peccatum actuale ini-  
qua detentionis interrupatur. 139  
 5 Vtrum dum quis utitur re aliena, quam de-  
tinet inuito domino, peccet novo peccato,  
quotiescumque id facit. 140  
 6 Quale peccatum sit furtum. 140  
 7 Vtrum is qui minutis furtis intendit surri-  
pere quantitatē notabilis pretij, peccet  
mortiferè. 141  
 8 Vtrum is, qui per furtū minima non inten-  
dit acquirere rem notabilem, sed ex occasio-  
ne ea committit, peccet mortiferè. 142  
 9 Quando plures vni per minuta furtū graue  
damnum inferunt, vt cum multi vineam  
prætereunte botrum unum vel duos car-  
punt, vtrum singuli peccent mortiferè, &  
teneantur ad restitucionem. 143  
 10 Vtrum occulē vindicare rem suam, vel si-  
bi debitam, surripiendo eam alteri, sit pecca-  
tum mortiferum. 144  
 11 Vtrum aliquando liceat vim adferre de-  
bitori, si aliter nequeas rem tuam obtinere.  
145  
 12 Vtrum in extrema vel etiam in graui ne-  
cessitate licitum sit aliena surripere. 145  
 13 Quando filius peccet mortiferè, accipien-  
do vel expendendo bona paterna, & quando  
non. 146  
 14 Quando uxor peccet mortiferè, capiendo  
& donando ex bonis mariti, vel quorum  
ille habet administrationem, & quando  
non. 147  
 15 Vtrum si res furtiva pereat, fur teneatur  
ad restitucionem. 148  
 16 Vtrum fur & quiuis alius iniquus posse-  
fessor teneatur restitucionem facere iuxta sum-  
mam estimationem, quam tempore deten-  
tionis habuit. 150  
 17 Vtrum fur & quiuis alius fidei pos-  
fessor, fructus perceptos, & eos qui percipi-  
poteant, teneatur restituere. 152  
 18 Vtrum is qui alteri est causa damni, sine  
impediendo ab aliquo bono, sine alia aliqua  
ratio-

## ET D V B I T A T I O N V M.

- ratione teneatur ad restitutionem. 153  
 19 Vtrum si quis damnum intulerit in re ad-  
     huc indies crescente, teneatur integrè, per-  
     inde ac si adulata esset, rependere. 158  
 20 Vtrum qui in tempestate elicit merces alie-  
     nas, teneatur ad sarcendi damnum. 158

### C A P V T   X I I I .

De cooperantibus ad furtum  
 vel damnum.

- DVB. 1. Quot modis censeatur quis mediare  
 cooperari ad damnum alterius. 158  
 2 Vtrum ij, qui positiū cooperantur, sem-  
     per teneantur ad restitutionem, an solum  
     quando sunt causa sine qua damnum non  
     fieret. 159  
 3 Quomodo oporteat positiū cooperari, nem-  
     pe iustione, consilio, consensu, palpatione,  
     receptione, & participatione, ut censaris  
     causa damni. 160  
 4 Vtrum is, qui aliquo horum sex modorum  
     cooperatur, teneatur in solidum. 163  
 5 Quo ordine teneantur isti in solidum resti-  
     tutionem facere. 164  
 6 Vtrum inter causas secundarias, que tenen-  
     tur post executorem, videlicet inter consul-  
     torem, consentientem, animantem, recepta-  
     torem, & subministrantem sit aliquis ordo  
     in restituendo. 165  
 7 Quādo plures sunt causa damni aquae prin-  
     cipales, vel aquae secundarie, que videantur  
     equaliter contulisse ad totum damnum, ad  
     quid singula teneantur. 166  
 8 Vtrum sis, qui damnum accepit, vni socio-  
     rum obligationem restituendi condonet, re-  
     liqui maneant liberi. 166  
 9 Quomodo censeatur quis causa damni nega-  
     tiue. 166  
 10 Vtrum qui hoc modo causa damni fuere,  
     semper teneantur ad restitutionem. 167  
 11 Vtrum hi teneantur in solidum, & quo or-  
     dine. 169

### C A P V T   X I V .

De restitutione ratione rei acceptæ,  
 & cui facienda restitutio.

- DVB. 1. Vtrum is, qui bona fidem consum-  
     psit, vel alienauit, teneatur postea ad resti-  
     tutionem. 169  
 2 Vtrum possessor bona fidei teneatur etiam  
     fructus perceptos restituere. 170  
 3 Vtrum si emeris rem furtinam bona fide, te-  
     nearis eam domino reddere, an vero possis  
     dissoluere contractum, recepto prelio. 170  
 4 Vtrum si dubites an res sit altera, possis eam  
     accipere, retinere, alienare. 172  
 5 Vtrum qui bona fide rem alienam, quam ab

- alio emerat, vendidit, domino comparense  
 teneatur contractum venditionis rescinde-  
 re, redditio pretio emptori, cui vendidit: an  
 sufficiat cedere ei sua actione. 172  
 6 Vtrum bona, & debita incerta, id est, quo-  
     rum ignotus est dominus vel creditor, sint  
     pauperibus restituenda. 173

- 7 Cui facienda restitutio inuentorum, haben-  
     tium dominum, sed incertum, & an inuen-  
     tor possit ea sibi retinere. 175  
 8 Vtrum acceptum ob turpem causam sit ne-  
     cessarium restituendum, & cui. 175  
 9 Vtrum acceptum ob causam honestam, ad  
     quam tamen obligabaris, (v. g. ut facias  
     vel omittas quod tenebaris facere vel omit-  
     tere) debeat restitui. 175

### C A P V T   X V .

De ordine in restitutione seruando,  
 deque loco & expensis.

- DVB. 1. Vtrum debita certa sint prius soluen-  
     da quam incerta. 178  
 2 Vtrum inter debitores certos prius soluen-  
     dum sit venditori, cui pretium nondum est  
     solidum, re vendita extante. 179  
 3 Vtrum debita ex delicto preferenda sint  
     debitus ex iusto contractu. 180  
 4 Quis ordo sit seruandus in solutione certo-  
     rum debitorum. 181  
 5 Vtrum prius petenti liceat prius soluere. 183  
 6 Vtrum regula illa Iuri, Qui prior est tem-  
     pore, potior est Iure, possit extendi ad cre-  
     ditores personales. 183  
 7 Vtrum inter chirographarios carentes pri-  
     uilegio prælati, possit satisfieri pauperi,  
     omissis ditioribus. 184  
 8 Quo loco & cuius expensis facienda sit re-  
     stitutio. 184

### C A P V T   X VI .

De causis excusantibus à restitutione,  
 vel omnino, vel ad tempus.

- DVB. 1. Que inopia vel impotentia excusat  
     debitorem à restitutione. 186  
 2 Vtrum remisso creditoris excusat. 189  
 3 Vtrum cesso bonorum excusat à restitutio-  
     ne. 190  
 4 Vtrum si restitutio putetur creditori vel al-  
     teri noctitura, possit differri. 191  
 5 Vtrum si id quod tibi debeo, soluam tuo  
     creditori, liberer à restituzione tibi facien-  
     da. 192  
 6 Vtrum rei debita interitus excusat. 192  
 7 Vtrum Iuris vel Iudicis auctoritas excusat  
     à restituzione. 192  
 8 Vtrum ingressus in Religionem liberet à re-  
     stitutione. 193  
 9 Vtrum

# INDEX CAPITVM

- 9 *Vtrum excommunicatio creditoris liberet à restituione.* 193  
 10 *Vtrum creditorum incertitudo excusat à restituione.* 194  
 11 *Vtrum dispensatio vel compotio cum Prelato excusat.* 194  
 12 *Vtrum compensatio excusat.* 195

## CAPVT XVII.

De Contractibus in genere.

- DV B. I. *Quid sit contractus, quid pactū.* 195  
 2 *Quot modis perficiantur contractus.* 196  
 3 *Quomodo diuiditur contractus & pactum.* 196  
 4 *Vtrum omnis contractus pariat obligacionem in foro conscientia & externo.* 197  
 5 *Vtrum contractus, cui error vel dolus causam dederit, sit validus.* 198  
 6 *Vtrum contractus, cui metus causam dederit, sit validus.* 201  
 7 *Vtrum contractus per se inualidi confirmetur iuramento.* 205  
 8 *Quinam possint contrahere.* 210  
 9 *Quibus concedatur restitutio in integrum, si ex aliquo contractu damnum notabile acciperint.* 212  
 10 *Vtrum in hac in integrum restituzione comprehendantur etiam fructus percepti.* 213  
 11 *Quando contractus fuit inualidus, quomodo debeat ratificari.* 214

## CAPVT XVIII.

De Promissione & Donatione.

- DV B. I. *Quid sit promissio.* 216  
 2 *Quid sit donatio, & quomodo differant donatio, promissio, pollicitatio, pactum, & stipulatio.* 217  
 3 *Vtrum promissio ob turpem causam seu propter opus matum (v.g. ob fornicationem, homicidium) obliget.* 218  
 4 *Quenam promissiones sint irritae Iure positivo.* 218  
 5 *Vtrum promissio vel donatio interna obliget nos homini.* 219  
 6 *Vtrum promissio vel donatio externa obliget ante acceptationem, & quomodo acceptanda dum sit absenti.* 219  
 7 *Qui possint promissionem vel donationem absenti factam acceptare: siue, ut Iurisperiti loquuntur, Qui possint pro absente stipulari.* 222  
 8 *Quantum obliget promissio externa legitime acceptata.* 223  
 9 *Vtrum promissione vel donationi iam acceptata possit apponi aliquod onus, vel impositum tolli.* 226  
 10 *Quibus eventis promissio acceptata & ante valida desinat obligare.* 226
- 11 *Quinam possint donare, qui non.* 227  
 12 *Vtrum donatio inter coniuges & inter liberos & parentes sit valida.* 228  
 13 *Quanum possit quis validè donare.* 229  
 14 *Quibus eventis donatio possit reuocari.* 230  
 15 *Vtrum promissio vel donatio conditionalis sit valida, & quam vim habeant conditiones apposita.* 232  
 16 *Vtrum donatio facta ad certum usum vel finem, vel sub certo onere, si illud onus, vel ille finis non prestat, sit valida.* 234  
 17 *Vtrum donatio ob causam preteritam vel presentem sit valida, si causa non subsit.* 235

## CAPVT XIX.

De Testamento & Legatis.

- DV B. I. *Quid sit testamentum, & quomodo à codicillo differat.* 236  
 2 *Vtrum testamentum factum ad piam causam sit validum, si ei desint solemnitates, quas requirit Ius civile.* 236  
 3 *Vtrum testamentum factum ad causam non piam sit validum in foro conscientiae, si ei desint solemnitates Iure positivo requisite.* 237  
 4 *Quinam non possint testari.* 240  
 5 *Quinam non possint testamento institui heredes vel legatary.* 242  
 6 *Vtrum illegitimus possit institui heres.* 242  
 7 *Quibus modis potest aliquis heredi substitui.* 244  
 8 *Vtrum testamentum possit semper renocari.* 246

## CAPVT XX.

De Mutuo & Vsura.

- DV B. I. *Quid mutuum.* 247  
 2 *Vtrum aliqui ex mutuo non obligentur.* 247  
 3 *Quid sit vsura.* 248  
 4 *Quo iure sint prohibite vsuræ.* 249  
 5 *Vtrum licitum sit sperare lucrum ex mutuo.* 250  
 6 *Vtrum qui animo usurario aliquid accepit pro mutuo, sine ullo externo pacto, teneatur ad restitutionem.* 251  
 7 *Vtrum licitum sit mutuare alteri cum pacto ut panam debitam, vel famæ, honoris, vel violati restitutionem condonet.* 251  
 8 *Vtrum sit usura, si tibi mutuem, ut mihi vici sim remutues, aut ut ex mea officina que tibi opus sunt emas, aut meo molendino molas.* 252  
 9 *Vtrum liceat mutuare cum pacto ut mihi vel alteri officium vel beneficium conferas.* 252  
 10 *Vtrum ratione damni emergentis ex mutuo, possit mutuator aliquid supra sortem exigere.* 254

11 *Vtrum*

## E T D Y B I T A T I O N V M.

- 11 *Vtrum ratione lucri cessantis liceat ultra sortem exigere.* 255  
 12 *Vtrum qui bona fide fecit contractum usurarium, vel alias iniquum, quem si talem sciisset, fecisset alium iustum, posset ratione lucri cessantis, veritate comperta, tantum retinere, quantum contractu illo iusto lucraturus fuisset.* 258  
 13 *Vtrum ratione periculi sortis, vel difficultatum aut expensarum, que in ea recuperanda metuantur, liceat aliquid ultra sortem exigere.* 259  
 14 *Vtrum ratione carentia pecunia, seu obligationis non repetendi ante certum tempus, posset aliquid exigere: ut si mutuum tibi 1000. aureos ad unum annum, priuans me non solum pecunia, sed etiam facultate repetendi per tantum tempus.* 260  
 15 *Vtrum in mutuo pena conventionalis locum habeat; siue, Vtrum licitum sit pacisci, ut mutuarius, si ad terminum statutum non restituuerit, aliquid soluat in paenam sua more ultra sortem.* 262  
 16 *Vtrum is, qui pignus ab alio habet, si frustus ex eo perceperit, teneatur eos in sortem putare.* 263  
 17 *Vtrum licitum semper sit in mutuo pacisci ut res restituatur in eadem mensura, etiam si premium eius tempore restitutionis creuerit.* 264  
 18 *Vtrum dominium usurarum transferatur in usurarium.* 265  
 19 *Quae nam possumus ab usurariis titulo gratuito vel oneroso accipere.* 266  
 20 *Vtrum heredes usurarii teneantur in solidum.* 267  
 21 *Quinam ex cooperanib; ad usuras teneantur ad restitutionem.* 268  
 22 *Quenam penam sint usurarii constitute.* 269  
 23 *Vtrum Montes, qui dicuntur Pietatis, excusentur ab usura, & qua ratione.* 270  
 24 *Vtrum si usurarius, qui mihi sit debitor 100. librarum, assignet mihi solutionem pertendam ab eo, qui usura nomine ei debet tantumde, possem acceptare & exigere.* 271
- 5 *Vtrum si sciāti premium mercis mox minuendum, possem eam vendere pretio currente.* 278  
 6 *Vtrum liceat carius vendere dilata solutio ne, seu credidit, quam vendi soleat presenti pecunia.* 280  
 7 *Vtrum liceat minoris emere ob anticipatam solutionem.* 281  
 8 *An chirographa seu credita possint emi minoris quam continant, v. g. vtrum ius ad 100. aureos soluendos intra annum, possit modo emi minoris, ut 96. vel 97.* 282  
 9 *Vtrum chirographa, seu libraria, ut vocant, possint interdum emi dimidio pretio, si difficultis vel ambigua sit solutio.* 283  
 10 *Vtrum si sciāti occulē debitorem meum non esse soluendo, possim iis qui id nesciunt vendere illud debitū pretio ordinario.* 284  
 11 *Vtrum venditor teneatur emptori defecatum rei vendende aperire.* 284  
 12 *Vtrum si res vendita pereat, vel deterior fiat, pereat emptori, an venditori.* 286  
 13 *Vtrum venditor possit percipere fructus vel utilitates rei a se vendita, donec soluantur premium.* 286  
 14 *Vtrum licita sit emptio & venditio cum patro retroenditionis, vel redemptionis.* 288  
 15 *Ad quem pertinent fructus medij temporis, quando venditionis contractus dissolutur.* 290  
 16 *Vtrum venditiones & emptiones reciproce eiusdem rei diuerso pretio, quas Hispani vocant Baratras & Mohatras, sint licite.* 291  
 17 *Vtrum is, qui vendidit rem alienam, possit retinere premium.* 292  
 18 *Vtrum licitum sit aliquando rem alienam emere, & emptam retinere.* 292  
 19 *Vtrum is, cui aliquid traditum est vendendum, possit sibi aliquid ex pretio retinere, si pluris vendiderit, quam ei est prescriptum.* 294  
 20 *Quando res in solidum ex intervallo duabus fuit vendita, utri debetur.* 294  
 21 *Vtrum omnia monoplia sint iniqua.* 295

## C A P V T   X X I.

### De Emptione & Venditione.

- D V B. I. *Quid emptio, venditio, negotiatio, & hac quibus prohibita.* 273  
 2 *Quodnam censendum sit aequale, seu iustum premium rerum venalium.* 275  
 3 *Vtrum res ea, que non habent premium legitimum, vel vulgare, (ut sunt quadam gemme, insignes canes, falcones, aues Indicae, pictura veteres, & similia) possint vendi quanti volet dominus.* 276  
 4 *Vtrum liceat interdum pluris vendere vel minoris emere quam valeat.* 276

## D e Censibus seu Redditibus annuis.

- D V B. I. *Quid sit census.* 296  
 2 *Quotuplex sit census, seu de variis censuum generibus.* 296  
 3 *Vtrum emptio census noui sit licita.* 297  
 4 *Vtrum Iure naturae emptio census personalis sit licita.* 298  
 5 *Vtrum emptio census perpetui irredimibilis, sit licita a minore pretio, quam sint pensiones speratae.* 300  
 6 *Vtrum census temporalis possit emi minoris, quam sint omnes pensiones simul iunctae.* 301

Aaaa

7 Vtrum

## INDEX CAPITVM

- 7 *Vtrum census licite posse emi minore pretio, aut vendi maiore, quam fuerit ab initio constitutus.* 302  
 8 *Vtrum licet sit emere censem cum pacto ut venditor, quando voluerit redimere, teneatur redimere eadem moneta.* 302  
 9 *Vtrum emptio census, cum pacto, ut non posse redimi, nisi ante vel post certum tempus, sit licita.* 303  
 10 *Vtrum licita sit emptio censis utrumque redimibilis.* 303  
 11 *Vtrum aliqua quedam pacta, quibusdam locis contractui census adi consueta, sint licita.* 305  
 12 *Quae conditiones iure positivo requirantur in emptione censem.* 306  
 13 *Vtrum haec conditiones obligent ubique.* 309  
 14 *Quonodo constituendum sit iustum pretium censem.* 310  
 15 *Vtrum si census emptus fuerit minoris iusti, pensiones sint restituenda, quatenus superant premium datum.* 310

### CAPVT XXII.

#### De Cambiis.

- DVB. 1. *Quid sit cambium & quotuplex.* 311  
 2 *Vtrum in cambio minuto liceat aliquid accipere supra valorem nummi lege definitum.* 312  
 3 *Vtrum in cambio locali, quando campor prior accipit, ut alibi restituat possit aliquid lucrari, & quo titulo.* 313  
 4 *Vtrum quando campor dat prior, ut alibi recipiat, possit lucrari, & quo titulo.* 314  
 5 *De praxi cambiorum, qua hoc tempore vizget.* 317  
 6 *Vtrum Cambium Francofurtense & similia, in quibus premium variatur pro maiore vel minore temporis intercedine, sint licita.* 318  
 7 *Vtrum cambium Bisuntinum sit licitum.* 319  
 8 *Vtrum proutiones, quas solent campores & bancary accipere, iuste accipiuntur.* 321  
 9 *Vtrum possit fieri pactum de eo quod inter est camporis, vel de recambio, si camparius fuerit in mora.* 322  
 10 *Vtrum campor, quando post multa cambia & recambio debitor ei soluit partem aliquam, teneatur illam acceptare in sortem, antequam sit satisfactum detrimentis cambiij.* 322  
 11 *De conditionibus, quas requirit Pius V. in sua Bulla de cambiis, & an omnes obligent.* 323

### CAPVT XXIV.

